



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5. Vtrum gratia secu[n]dum quam est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali secundum, quòd est quidam homo singularis.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

& animabus nostris aliquid spirituale. Non intelligo tamen hunc causand. modum exce. lere modum. quo ponimus, sacramenta causare in animabus nostris spirituales gratias.

Super Quaestiois 8. Articulum quintum.

Titulus clarus est de idemptitate enim reali quaeritur.

In corpore articuli unica est conclusio responsiva quaesito affirmatiue. Gratia personalis, qua anima Christi iustificata est, & gratia eius, secundum qua est caput Ecclesie iustificans alios, est eadem secun. u. essentiam: differt tamen secundum ratione. Probatur, Quod q. d. est actus, & quo agit, est vnus actus, oportet tamen ad hoc vt sit quo agit in alia, q. actus secundum eminentiam quandam habeatur, ergo gratia Christi habet et, q. sit actus in alios, quod pertinet ad rationem capitis. ergo gratia personalis qua anima Christi iustificata est, & gratia eiusdem, qua est caput Ecclesie iustificans alios, est eadem. Ante e. lens quo ad primam partem probatur ratione, quia vnusquodque agit secundum quod est ens actu, & exemplo in calore ignis. Quo ad secundam vero parte, qua agens oportet esse prestantius patiente, vt August. & Aristote. testantur. Consequenter vero primi probatur, quia in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiam: secunda autem est p. se euldes.

huius multitudinis Christus, est caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius, non solum quam homines, sed etiam quam angeli, & de eius influentia non solum homines recipiunt, sed etiam angeli. Dicitur enim Ephes. 1. quod constituit eum, scilicet Christum Deus pater ad dexteram suam in caelestibus supra omnem potentiam, & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius: & ideo Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum: vnde & Matt. 4. legitur, quod Accesserunt angeli, & ministrabant ei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod influentia Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, secundum quas homines conueniunt cum angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius conformitatis Christus potest dici caput angelorum, licet deficiat conformitas quantum ad corpora.

AD SECUNDUM dicendum, quod ecclesia secundum statum, via est congregatio fidelium: sed secundum statum patrie est congregatio comprehendendum. Christus autem non solum fuit viator, sed comprehendit etiam comprehendendum est caput, vtpote plenissime habens gratiam, & gloriam.

AD TERTIUM dicendum quod August. \* ibi loquitur secundum quandam assimilationem causa ad effectum, prout scilicet res corporalis agit in corpus, & res spiritualis in res spirituales: amen humanitas Christi ex virtute spiritualis naturae, scilicet diuinae, potest aliquid causare non solum

in spiritibus hominum, sed etiam in spiritibus angelorum, propter maximam coniunctionem eius ad Deum, scilicet secundum vnionem personalem.

Al hoc dicitur, quod quia sermo littera formalis est, non spectat ad locum hunc probare, sed supponere ex ante discussis gratiam

Atiam Christi, qua influat aliis esse capitalem, hoc est, influxum in omnes: & propter a fallum obijciendo assumitur, quod erat hic probandum, gratiam Christi esse actiuam: omnis sui similis seu capitalis. Sed littera synonime vult gra Christi, qua agit in alios, & gratia Christi, ut est caput, hoc est, qua agit in omnes, quia sup-

ponit, q. agere in alios coincidit cum agere in omnes respectu gratia Christi, qua superius manifestauit esse gratia capitis, cuius est in omnia membra influere. Quia igitur ut synonima haec hic habentur, ideo Auctor sollicitus tantum fuit, ut probaret idempitate actus, quo Christi anima est in se sancta, & quo alios sanctificat. Et hanc idempitatem probat sufficienter ex hoc, quod posse agere non addit super actum dactem esse nisi eminentiam quandam, qua est op. 3. cap. 2. 2. & 2. 2. 3. Et 10. 3. 16. 6.

ARTICVLVS V. Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput ecclesie, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum quod est quidam homo singularis.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod non sit eadem gratia, qua Christus est caput ecclesie cum gratia singulari illius hominis. Dicit enim Aposto. Roma. 1. Si vnus delicto morti sunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit: sed aliud est peccatum actuale ipsius Ade, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. ergo alia est gratia personalis, qua est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, in quantum est caput ecclesie, qua ab ipso ad alios derivatur.

Præterea. Habitus distinguuntur secundum actus: sed ad alium actum ordinatur in Christo gratia eius personalis, scilicet ad sanctificationem illius animae, & ad alium actum ordinatur gratia capitis, scilicet ad sanctificandum alios: ergo alia est gratia personalis ipsius Christi, & alia est gratia eius, in quantum est caput ecclesie.

Præterea. Sicut supra dictum est, in Christo distinguitur triplex gratia, scilicet gratia vnionis, gratia capitis, & gratia singularis illius hominis: sed gratia singularis Christi est alia a gratia vnionis. ergo etiam est alia a gratia capitis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: secundum hoc autem est caput nostrum, quod iuxta illud, Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti a Patre plenum gratia, & ideo gratia Christi ex eminentia tali est actus in alios, & est actus in omnes ut caput, ac per hoc vt conforme, seu homogeneum. Vltima pars conclusionis, hoc est, differt tamen ratione non aliter probatur in littera, quia clara est, constat enim secundum rationem differre, q. gratia est actus faciens formaliter esse gratum, & q. est principium agendi in alios: alioquin esse gratum, & causare gratiam in alios essent idem.

In responsione ad primum Ictro nouit, q. in Adam distinguitur peccatum personae, & naturae, quia peccatum personae, uocatur peccatum illud, quod, in actu primi peccati Ade consistit: peccatum vero naturae, uocatur fomes peccati cum priuatione

3. di. 13. q. 3. art. 2. q. 1. & 2. Et 4. di. 5. q. 1. r. 1. 3. q. 2. ad 2. Et u. r. 1. q. 2. ar. 2. c. 6. & ad 6. Et op. 3. cap. 2. 2. & 2. 3. Et 10. 3. 16. 6.

Cum his quoque sero, quod in littera no dicitur quod habeatur actus intensissime, sed dicitur quod habeatur secundum eminentiam quandam, & de Christo subditur, q. habuit gratiam secundum eminentiam maximam: plus enim comprehenditur sub eminentia nomine, qua intensiois quantunque. Et reuera quando actus habet em eminentiam intensiois & modi habet di, est causa vniuersalis, homogenea tamen reliquorum: vt patet in calore, qui qm in summo inuenitur in igne, & habetur eminentia modo, quia calor in summo, est naturalis proprietatis ignis solius, ideo est causa vniois ca ceterorum calidorum. Et proportioa lier, quia in anima Christi gratia est in summo, & habetur eminentissime modo, quia ut naturalis proprietatis consequens vnione personalem,

Leto dicitur in argum.

tionem originalis in-  
 stitue. Et quia hoc  
 secundum casum  
 fuit in Adam ex pri-  
 mo, ideo dicitur qd  
 persona, hoc est actus  
 personalis corrumpit  
 naturam, hoc est natu-  
 rale bonum, ac do-  
 num. In nobis autem  
 dicitur, quod natu-  
 ra corrumpit perso-  
 nam, quia ex forni-  
 te, &c. quoniam cum na-  
 tura contraximus, per-  
 sona & damna-  
 tioni obnoxia sem-  
 per est, nisi per bap-  
 tismum reparatur, &  
 in peccatum actua-  
 le labitur. Non pro-  
 portionaliter autem  
 habet Christi gra-  
 tia, ut scilicet alia sit  
 gratia natura, alia  
 persona, tum quia  
 gratia non est data  
 Christo ex anima  
 sed ex actuali operatio-  
 ne, tum quia gratia  
 in se communicatur  
 nobis a Christo per  
 actionem naturam, seu  
 communicando na-  
 turam, sed per actio-  
 nem personalem Chri-  
 sti qua membra nobis  
 & uoluntarie in-  
 fluit nobis gratiam.  
 ¶ In responsione ad  
 tertium uide noui-  
 tie, quod Auctor pri-  
 mo appellat gratiam  
 unionis id, qd pro-  
 prie est gratia unio-  
 nis, & de illa dicitur,  
 quod non est eadem  
 gratia personali seu  
 habituali. Deinde  
 propter reuerentiam  
 aliorum permittit ap-  
 pellari ipsam habitua-  
 lem gratiam Christi,  
 nomine gratie  
 unionis, non simpli-  
 citer, sed quodam-  
 modo, pro quanto  
 scilicet ipsa habitua-  
 lis gratia in Christo  
 facit congruitatem  
 quandam ad unio-  
 nem. Et intelligit de  
 congruitate non an-  
 tecedente unionem  
 uelut disponente ad  
 illam, sed de con-  
 gruitate consequen-  
 te ad unionem, red-  
 dit enim habitualis  
 gratia animam Chri-  
 sti congruam digni-  
 tati unionis, ad qua  
 praeleuata intelli-  
 gitur, sicut grauitas  
 congruit terra, & si-  
 cut desponsata iam  
 mulier principi, con-  
 grua redditur prin-  
 cipi ex ornatu ioca-  
 lium, quae ex dono  
 sponsi accipit.

autem est caput nostrum, quod ab  
 eo accipimus, ergo secundum hoc  
 quod habuit plenitudinem gratiae,  
 est caput nostrum. Plenitudinem  
 autem gratiae habuit, secundum quod  
 perfecte fuit in illo gratia perso-  
 nis, ut supra dictum est. Ergo secun-  
 dum gratiam personalem est caput  
 nostrum, & ita non est alia gratia  
 capitis, & alia gratia personalis.  
 RESPON. Dicendum, quod gra-  
 vnum quodque agit, in quantum  
 est ens actu, oportet quod idem sit  
 actus, quo aliquid est actu, & quo  
 agit, sicut idem est calor, quo ignis  
 est calidus, & quo calefacit. Non  
 tamen omnis actus, quo aliquid  
 est actu, sufficit ad hoc, quod sit  
 principium agendi in alia: cum  
 enim agens sit praesentius patien-  
 te, ut Augustinus dicit 12. super Gen.  
 ad litteram, & Philosophus in 3. de  
 anima, oportet quod agens in alia,  
 habeat actum secundum eminentiam  
 quamdam. Dicitur enim autem  
 supra, quod in anima Christi rece-  
 pta est gratia secundum maximam  
 eminentiam: & ideo ex eminentia  
 gratiae, quam accepit, competit  
 sibi quod gratia illa ad alios deri-  
 uetur, quod pertinet ad rationem  
 capitis: & ideo eadem est secundum  
 essentiam gratia personalis, qua ani-  
 ma Christi est iustificata, & gratia  
 eius, secundum quam est caput ec-  
 clesiae, iustificans alios: differt ta-  
 men secundum rationem.  
 AD PRIMUM ergo dicendum,  
 quod peccatum originale in Adam,  
 quod est peccatum naturae, & deri-  
 uatum est a peccato actuali ipsius,  
 quod est peccatum personale, quia  
 in eo persona corrumpit naturam,  
 qua corruptione mediate, peccatum  
 primi hominis derivatur ad  
 posteros, secundum quod natura cor-  
 rupta corrumpit personam: sed gra-  
 tia non derivatur a Christo in nos  
 mediate natura humana, sed per  
 solam personalem actionem ipsius  
 Christi. Unde non oportet in Chri-  
 sto distinguere duplicem gratiam,  
 quarum una respondeat naturae, alia  
 personae, sicut in Adā distinguitur  
 peccatum naturae, & personae.  
 AD SECUNDUM dicendum, quod  
 diuersi actus, quorum unus est  
 ratio, & causa alterius, non diuer-  
 sificant habitum: actus autem per-  
 sonalis gratiae, qui est sanctum fa-  
 cere formaliter habentem, est  
 ratio iustificationis aliorum, et  
 pertinet ad gratiam capitis. Et in-  
 de est, quod per huiusmodi diffe-  
 rentiam non diuersificatur essen-  
 tia habitus.

AD TERTIUM dicendum, quod

gratia personalis, & gratia capitis  
 ordinantur ad aliquem actum:  
 gratia autem unionis non ordi-  
 natur ad actum, sed ad esse perso-  
 nale: & ideo gratia personalis, &  
 gratia capitis conueniunt in essen-  
 tia habitus, non autem gratia unio-  
 nis. Quamuis personalis gra-  
 tia possit quodammodo dicitur  
 gratia unionis, prout facit con-  
 gruitatem quandam ad unionem.  
 Et secundum hoc una per essen-  
 tiam est gratia unionis, & gratia  
 capitis, & gratia singularis perso-  
 nae, sed differens sola ratione.

ARTICULVS VI.

Utrum esse caput ecclesiae sit pro-  
 prium Christo.

AD SEXTUM sic proceditur.  
 Videtur quod esse caput eccle-  
 siae non sit proprium Christo. Dicit  
 enim 1. Reg. 15. Cum esses paruulus  
 in oculis tuis, caput in tribus  
 Israel factus es: sed una est eccle-  
 sia in nouo & veteri testamento.  
 ergo videtur quod eadem ratione ali-  
 quis alius homo praeter Christum  
 poterit esse caput ecclesiae.  
 ¶ 2. Praet. Ex hoc Christus dicitur  
 esse caput ecclesiae, quod gratiam  
 influit ecclesiae membris: sed etiam  
 ad alios pertinet gratia aliis praer-  
 bere, secundum illud Eph. 4. Om-  
 nis sermo malus ab ore uestro  
 non procedat: sed si quis bonus est  
 ad edificationem fidei, ut det gra-  
 tiam audientibus, ergo videtur, quod  
 etiam alii quam Christo cooperari  
 esse ecclesiae caput.  
 ¶ 3. Praet. Christus ex eo, quod praeter  
 ecclesiae, non solum dicitur ca-  
 put, sed etiam pastor & fundamen-  
 tum ecclesiae: sed non sibi solum  
 Christus retinuit nomen pastoris,  
 secundum illud 1. Petri 3. Cum  
 apparuerit princeps pastorum,  
 percipietis immarcescibilem glo-  
 riam coronam: nec etiam nomen  
 fundamenti, secundum illud Apo-  
 calyp. 21. Murus ciuitatis habens  
 fundamenta duodecim, ergo ui-  
 detur, quod nec etiam nomen ca-  
 pitis sibi soli retinuerit.  
 SED CONTRA est, quod  
 dicitur, Coloss. 2. Caput ecclesiae  
 est, ex quo corpus per nexus, &  
 coniunctiones subministratum, &  
 constructum, crescit in augmen-  
 tum Dei: sed hoc soli Christo con-  
 uenit, ergo solus Christus est ca-  
 put ecclesiae.

RESPON. Dicendum, quod caput  
 in alia membra influit dupli-  
 citer. Uno modo, quodam in-

¶ Super Quaestione  
 octaua Aristotelium  
 sextum.

IN titulo articuli  
 texti nota quod  
 in dubium dupli-  
 citer potest ueri, an  
 esse caput ecclesiae  
 sit proprium Chri-  
 sto. Primo in ordine  
 ad Deum, & perso-  
 nas Patris, & Spiritus  
 sancti. Secundo  
 in ordine ad  
 creaturas angelicas,  
 & humanas. In hac  
 tamen littera non dis-  
 putatur, & conse-  
 quenter non queritur,  
 nisi secundo mo-  
 do, ita quod ly pro-  
 prium, excludit com-  
 mune Christo, & aliis  
 creaturis. De Deo  
 enim patre dictum  
 est, caput Christi, ac  
 per hoc ecclesiae to-  
 tius, hoc est totius  
 integri corporis ec-  
 clesiae, scilicet ex capite  
 & membris constan-  
 tis, Deus: de Spiritu  
 sancto autem, quod  
 est cor ecclesiae, &  
 propterea esse ca-  
 put homogenum:  
 id est, eiusdem natu-  
 rae, speciei, uel  
 genericae, proprium  
 Christo esse, & non  
 commune toti Tri-  
 nitati, relicta est.  
 Nunc superest uide-  
 re, an sit commu-  
 ne Christo secundum  
 naturam humanam  
 & alteri creaturae,  
 an soli Christo con-  
 ueniat.

¶ In corpore articuli  
 unica est distinctio  
 bimestris, cum dua-  
 bus conclusionibus  
 responsus iuxta sin-  
 gula membra. Distin-  
 ctio est de esse caput,  
 uel secundum insti-  
 tum interiore, uel  
 secundum exteri-  
 orem gubernationem.  
 Prima conclusio est,  
 esse caput ecclesiae  
 secundum interio-  
 rem influxum est  
 proprium Christo.  
 Probat, quia sola  
 humanitas Christi  
 habet uirtutem ius-  
 tificandi: quia sola  
 coniuncta est perso-  
 nali ter diuinitati.  
 Secunda conclusio  
 est, esse caput eccle-  
 siae secundum exte-  
 riorem gubernatio-  
 nem, est commune  
 Christo, & aliis, dif-  
 ferenter tam. P. i. m.  
 pars conclusio-  
 nis uipote clara, ma-  
 nifestatur auctorita-  
 te Amos: secunda  
 autem pars ex du-  
 plici

9.7. ar. 9.

Aug. lib. 12.  
 cap. 19. circa  
 med. com. 2.  
 Ar. 1. de  
 anima lib. 3.  
 tex. 16.  
 arti. 1. huius  
 q. & q. 7. ar.  
 9.

D. 1006.

Infr. ar.  
 Et uerac.  
 ar. 4. b.  
 Corin. 1.

Trac.  
 med.  
 1006.

Trac.  
 Joan.  
 prin.  
 dicitur.